Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

September

G gore Gregorii pape qui sedit Rome annos xiiii. Hic inuenit
mire magnitudinis partem ligni salutifere crucis
in sacrario beati petri. Hic statuit in tempore confractionis
dominici corporis agnus dei a clero et populo decantari
et constituit ut diebus annunciationis domini. dormicionis
et natiuitatis sancte dei genitricis Marie. ac sancti Symeo
nis quod ypapanti grece dicitur. letanie exeant a sancto
Adriano et ad sanctam Mariam populus occurrat. Eodem
die Translacio s. Kunegundis regine et virginis. Passio
sanctorum martyrum. Dorothei et Gorgonii. apud Nicomediam
sub diocleciano imperatore. eos iussit appendi et fla
gris toto corpore laniari. et vulneribus iam pelle nu
datis et sale perfundi. Post hec iubet craticulam pru
nis subter stratam in medio poni. ibique quod reliquum
fuerat absumpti corporis subponi. et non subito sed
paulatim succendi. ad ultimum laqueo appensos iussit
necari. Interiecto tempore beatus Gorgonius romam translatus.
In Sabinis sanctorum. Iacincti. Alexandri. Tiburcii.
Agon Apud Affricam sanctorum episcoporum Nemesiani. Felicis. Lu
cii. Iuliani. Victoris. Iaderis et Datiui qui sub dio
cleciano et Maximiano passi sunt. In Calcedonia
sanctorum Sostenes et Victoris martyrum sub prisco consule.
Rome deposicio Hylarii pape per quem victurius ordinem
paschalem conscripsit. Et deposicio Saluii episcopi. de cuius
sanctitate Gregorius turonensis scribit miracula quod per reuela
cionem vidisset diuine vocis euaginatum gladium imminere
super regulum quem hilpericus rex fecerat construi. cui vi
sioni veritas statim subsecuta est. Nam post dies xxii.
filii regis mortui sunt. Item s. Iacincti martyris. qui
tortori suo predixit. hodie coluber te comedet. Ig
nis vero et aqua quibus me puniendo fecisti nichil
mihi nocebunt. Tortori per gutture coluber intrauit
et misere obiit. Iacinctus igne et aqua euadens decollatur.
B pth Rome nat. sanctorum Prothi et Iacincti qui erant eunuchi

243

248